



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avli Persii Flacci Satyrae Sex**

**Persius Flaccus, Aulus**

**Basileae, 1582**

**VD16 P 1629**

Avli Persii Flacci Vita.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34803**

AVLI PERSII FLAC  
CIVITA.

**A**VLS Persius Flaccus, Olympiade 203. anno ab Urbe condita 795. Imperatoris Tiberij 22. patre Haeco, matre vero Fulvia (ut author est Eusebius. & P. Crinitus lib. 3. de poetis Latinis) Volaterras Hetruriæ oppidum patriam habuit (quod idem ipse Satyra 6. videtur indicare cum ait:

—Mibi nunc Ligus ora

Intepet, hybernatiq; meum mare, qua iatus ingens  
Dant scopuli & multa littus se valle receptat.)

Floruit autem sub Claudio principe, mortuus Neronis nono, cum ageret tri-  
cesimum etatis suæ annum. Romam literarum causa profectus cum moribus  
(vt Probus Grammaticus scribit) esset lenissimus, ac virginali ferè verecundia,  
formaq; modesta & pulchra, sumpta virili toga Rhemmino Palemoni in Gram-  
matica Virginio Flaccio in Rhetorica, tandem Cornuto Stoico in philosophia  
operam dedit: quæ ut omni officio ac pietate potius coluit & obseruauit, sic sin-  
gulari benevolentia & virtute consuetudine in reliquum vitæ spatiū sibi con-  
iunctum tenuit, vt ipse testatur Satyra V.

Cum primum parido custos mihi purpura cœpit,  
Bullaq; succinctis Laribus donata pependit,  
Me tibi supposui. teneros tu suscipis annos  
Socratico Cornute finis: — Et,

— Tibi nunc hortante camena  
Excutienda damus præcordia, quantaq; nostra  
Pars tua sit Cornute anime, tibi dulcis amice  
Ostendisse iuvat, pulsæ dignoscere canus, &c.

Et paulo post:  
Tecum me longos memini consumere soles,  
Et tecum primas epulis consumere noctes:  
Vnum opus & requiem pariter diffonimus ambo:  
Atq; verecunda laxamus feria mensa.

Prætextatus amicos in primis coluit, Minucium Macrinum equestris ordi-  
nis principem, & Cæsium Bassum poetam lyricum. librum scripsit, & paucos v-  
xori Trase & in Arriam matrem versus, quæ se ante virum occicerat, quos  
authore Cornuto magistro suo postea damnauit. Iuuenis vero Satyras sex, in-  
genij, solerterie, acumiisque sui telles edidit: plures fortasse emissurus, nisi in  
ipso ætate flore, in natura morte oppressus interiisset: scilicet (ut ait Poeta)  
Optima, prima ferè manibus rapiuntur aurari.

Impletur numeris deteriora fuis.

Neque tamen sepultos poete manes sperata Satyricæ virtutis fecellit gloria,  
cuius poema (ut ait Fabius) tantum laus apud omnes veræque commendationis habuit, vt de eo passim illud vulgaretur, quod annis post aliquot versibus  
persecutus est Martialis:

Sapius in libro memoratur Persius uno,  
Quam leuis in tota Marus Amazonide.

F I N I S.

AVL



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN